

tea in qua habitat Iohannes de Peregrino. domum cum vegetibus et vino in ea existentibus que fuit illorum de terreno. Jardenum unum in palude. Ius census unciarum duarum debitum sibi in callano pro vineis que fuerunt luce de garzanico. quod ius et vineas si heredes dicti qd. Luce redimere valuerint restituantur eis pro unciis decem et octo. et due uncie relaxentur eisdem quia pro unciis undecim empte fuerunt. et etiam legavit heredibus eiusdem Luce uncias tres tarenos decem et novem debitas sibi per qd. Lucam predictum. Item dixit se habere super vineis Iohannis de frederico ius census florenorum sex. Item ius census tarenorum trium pro quadam terra vacua per eum concessa in loco plani. in quo loco plani habeat vineas septem in loco cisterne et terras emptas in loco sancti eustasii a diversis personis. dominus Iohannes Cugnectus debet sibi uncias viginti quatuor. Matheus de padula debet sibi uncias quinquaginta in auro. salva ratione de receptis per eum. Item ordinavit et fecit epicropos et executores presentis ultime dispositionis sue. dictum Petrum de Anna fratrem suum. dictam dominam Lianoram uxorem suam. et Galganum de comestabulo et quemlibet eorum in solidum. Ita quod si unus vel duo ipsorum ad exequcionem disposicionis huiusmodi vacare voluerint possint capere Bona omnia dicti testatoris et ea vendere eorum pro arbitrio voluntatis et pretium ipsorum convertere prout superius declaratur. Quam disposicionem suam elogium seu codicillum dictus Hugo omni modo valere voluit iure codicilli *etc.* capsans et annullans omnes *etc.* disposiciones per eum hactenus facte *etc.* Insuper dictus hugo addidit et fecit executorem presentis disposicionis sue una cum predictis aliis superius nominatis dominum Andream dentice de Neapoli Militem. cui dedit similiter potestatem quam dederat executoribus superius nominatis et legavit eidem domino Andree palafrenum suum pili liardi. In cuius rei testimonium et petitionem atque cautelam omnium et singulorum clericorum dicte ecclesie sancte Marie de episcopo de Barolo presens scriptum puplicum eis exinde factum est per manus predicti Gualterii notarii *etc.* Quod scripsi ego predictus Gualterius puplicus Baroli notarius qui predictis Rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Iohannes de Caro Angelo q. s. Iudex (*Segue il segno*).

† Ego Andreas Dentice de Neapoli miles testis sum.

† Galganus de comestabulo testatur.

† Angelinus de comestabula (*sic*) testatur.

† Philippus de Riso testatur.

† Ego tomasi (*sic*) de dona (*sic*) barulesi (*sic*) tesstator (*sic*).

#### *Notitia testium.*

Dominus Andreas dentice. Galganus de comestabulo. Angelus filius eius. thomasius de dompna Barolesia. Philippus de Barnaba.

**N. B.** — La casa *in platea magna* qui citata è quella in stile gotico appartenente ai signori Patargo (Corso Garibaldi N. 123). Sotto la soffitta di uno dei pianterreni durante i restauri fu scoperto uno stemma così formato. *Contorno*: Elmetto alato con lambello tridente sormontato da una testa bifronte - ai fianchi la scritta: A. D. 1587. *Ruota*: *Stephanus de Anni instauravit.* *Centro*: Doppia fascia a rilievo attraversata da lambello tridente.

Si segnala ancora un fitto di terre in quel di Canne (*in loco Raptus*) conchiuso da *Hugolotus de Anna* per parte di *Riccardus Petri Romani*, al prezzo di 12 once all'anno, più il censo di un'oncia al Vescovo cannese. Il frammento di pergamena è del 29 gennaio 1313; not. *Riccardus de Nicolao*.